Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nativitas exigebat h' ut solueretur illa captivitas et rediret in terra
prophetam viuens ipse in terra sua siue in ciuitates suas Eundem deum
et saluatorem suum generaturam magna et iusta prophetis illius temporis
gaudij siue letitie causa magna et pulcherrima tripudij

Nunquid non istud aggeus iam tunc materia capitulum xxviij
prophetali oculo considerabat. Ut enim Quis est in nobis derelictus qui vidit domum istam in gloria sua prima et quid vos videtis hanc nunc Nunquid non ita est quasi non sit in oculis vestris Statimque paucis interpositis confortans dicit Nolite timere quia hec dicit dominus exercituum Magna erit gloria domus istius nouissime plus quam prime dicit dominus exercituum Et in loco isto dabo pacem dicit dominus exercituum Qualem putas gloriam tanto ore pronunciat nouissimam fore maiorem quam primam Nunquid splendorem gloriam scilicet auri et argenti copiam Nunquid etiam si sic futurum erat ut fieri potuit ut plus auri in domo nouissima rutilaret quam in prima salemon appendisset Nunquid dignaretur ut hoc propheta tantopere repromitteret et pro hoc tam vehementer dominus exercituum declamaret Ergo illam magis gloriam decet intelligi que gloria vera est scilicet presentationem verbi incarnati cristi filij dei qui in illa domo prima non fuit presentandus in nouissima autem presentandus erat Symeone exsistente in ulnas suas illum accipiente ad istud canticum gaudens Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace An non hoc ipsum idem propheta ibidem innuit loquitur Et veniet inquit desideratus cunctis gentibus et implebo domum istam gloria dicit dominus exercituum Vere omni gloria domus prime maior futura erat gloria nouissime quod in ea secundum legem in primogenitorum presentandus erat ad sacrificijs legalibus iste primogenitus in multis fratribus iste desideratus cunctis gentibus / Sequitur capitulum xxx

Memorabilis ille redditus et ascensus spectabilis si consideres currum illum siue quadrigam domini Qua residens ad locum suum properabat verbum domini verbum necessarium implende promissionis Qua drigam illam domini quatuor dicimus viros auctores precipuos et quasi capita illius reuersionis Ezdram et neemiam illum sacerdotem magnum et zorobabel ducem · iccirco dictum zorobabel quia in terra annos captiuitatis in babylonia natus est Prophetas aggeum et zachariam qui ut supra memoratum est cum eis erat adiuuantes eos vel aurigas

De eo quod tunc aggeus prophetauit Magna erit gloria domus istius nouissime plus quam prime dicit dominus exercituum :

De Ezdra et Neemia et filio Josedech Zorobabel qui multo in laude patrum laudentur et amplificentur et quam gloriosi fuerunt viri